

De eruditione legendorum sic patet disciplina dicitur a discedo ubi requiritur ordo in legendis. **Primo** ergo doceantur regule artis grammatice in constructionibus barbaris in soloecismis tropis scematibus et accentibus que sunt scientiarum omnium fundamenta assumantur materie ad verificandum et sic de aliis. **Non** debent statim transire ad dyalecticam et antequam etiam fundentur in dyalectica quidam volare volunt ad subtiles et difficiles questiones naturales. **Procarus** dum elatus iuuenili etate fertur in celum volando fluctibus marinis immergitur. **Et** dum se in artibus eleuant cadunt. **De** emendatione morum sic patet. **Peccant** enim multi simpliciter pueri quare oportet eos emendari per disciplinam ne dicat de eis illud baruch **iiij**. **Quia** discipline nescierunt propterea perierunt **epb. viij**. **Vos** patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros sed educate illos in disciplina et correptione. **Peccant** etiam frequenter contra precepta pentum et magistrorum agentes. **Peccant** in appetitu laudis mendacis parvis consortijs iniurijs pugnis furtis inobedientijs furantur de domibus pentum de cellarijs granarijs mensuris inrant nominant dyabolum frangunt portueria iactant se frequenter fecisse quod non fecerunt ne repententur inter socios viliores eo quod fuerunt castiores. **Et** sic dicit **aug.** **Exer-**scunt vepres libidinum et nulla inueniuntur eradicans manus vel pentum vel magistrorum. **De** ammonitione verborum sic patet. **Vir-**ge discipline debet precedere cominatio et exhortatio. **Sicut** excomunicatis sententiam prebet ammonitio que multum valet in pueris ingenijs et moribus generosis. **Genero-**sus enim animus facilius ducit quod trahat et licet in principio non videatur doctor proficere non tamen debet ab exhortatione cessare quod videtur antonidius primo de arte. **Tempe** difficiles veniunt ad aratra viventi tempore lata frena docentur equi ferens assiduo consumitur annulus vbi interit assidua vomer adunctus humo licet de quibusdam dicatur **iere. xij**. **Obduraverunt** cervicem suam ne audiverunt me et ne acciperent disciplinam. **De** inflictione verborum sic patet. **Sicut** ignis purgat metalli impuritatem et virga segregat a tritico paleam et lima a ferro tollit rubiginem ita virga discipline et castus verborum collunt a puero pueritatem **puer. iij**. **Quia** vite custodienti disciplinam qui ante increpationes relinquit errat. **Infligantur** aurem hec verbera ex dilectione non ex ira et furore et moderate et loco et tempe-

247

**Qui** enim asinum sunt aculeo et calcitrant indigent **ecc. xxxiii**. **Sibaria** et virga et onus asino panis et disciplina et opus seruo. **De** bent etiam hec verbera recipi sine murmure ut dicit **ecc. xi**. **Vir** prudens et disciplinatus non murmurabit correptus. **Teste** vacua ad ignem crepat plena non aqua parietem luceus dissolvit marmoreum lauat et pulchros reddit ita mali sub virga murmurant maledicunt et calcitrant. **Exempli** gratia plutarchus philosophus habebat serum sed concumacem sed liberalibus eruditissimum contigit autem ut ei detrabi tunicam cederet eum iuberet cum tamen ipse diceret se nihil deliquisse. **Postremo** cum nihil proficeret rogando veniam vociferari cepit et inter verbera fersa et obiurgatio sua loqui non ita plutarchum ut philosophum deceret irasci turpe est ei presertim qui de malo re sepius disseruerat librum quoque pulcherrimum de patientia scripserat adiciebatque probolum quod doctrina moribus impugnabat qui mentis integritate lapsus et pulcherrimus in iram plurimis plagis multaret innoxium. **Ad** hec plutarchus tenet leniter et cum summa gravitate respondit. **Quid** inquit quod vapulas tibi irasci video? **Et** ne mea ira si a me debitum recipis ex vuls tu ne meo an ex voce an ex colore an saltem ex verbis ira mea corruptum intelligis? **an** correptum mihi quidem neque oculi ut opinor truces sunt neque os turbidum neque imanter clamo neque in spumam ruboremque frentico neque pudenda dico aut penitenda neque omnino trepido ira aut gestio hec omnia quippe si nescis irarum signa esse solent. **Et** similiter ad eum qui cedebat conuersus in tertium inquit dum ego et hic disputamus? **Tu** hec age et sine iracundia mea retunde ferulem conscientiam et nunquam penitere doceas potius quam pugnare.

**De clericis.**



**Di** sunt hi qui ut nubes volat et quasi columbe ad fenestras suas profusa. **Sicut** dicitur beatus augustinus secundo libro ad ianuarium quoniam aliquid misceat et similitudinarie proponitur plus diligitur et plus movet plus delectat et plus honoratur quam si verbis propriis apertissime diceretur prociro volente sacerdotum et clericorum dignitatem attollere